



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

94. An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, seu Religionis emissum propter levem metum? Et an dictum votum sit ab Episcopo dispensabile? Imo an tale votum sit irritum? ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

nelibus, & non solum ante, sed post impletam conditionem?

Et an Episcopus dicta vota commutare possit? Ex p. tract. 11. Ref. 54.

Sup. hoc lege doctr. Resolutio- num tot. seq.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue, & ita Confessarius per Bullam Cruciatæ potest commutare vota conditionalia, quando sunt verè conditionalia; non solum ante, sed etiam post impletam conditionem. Dixi, quando sunt verè conditionalia: quia hæc vota conditionalia ferè semper non procedunt ex religionis, aut castitatis affectione: sed ex amore rei postea sub conditione, quam vouens obtinere desiderat; & vt faciliùs illam consequatur, offert Deo ea vota. Et in hoc casu potest quidem Confessarius supradicta vota, vt diximus commutare. Et ita docet Sanchez de matr. tom. 3. lib. 8. disp. 11. n. 8. in fin. & alij.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 2. Ref. 77. & in alijs ver. cis prima nor. & in to. 8. tr. 4. Ref. 78. §. ult. & lege ad med. §. 2. Resol. præterita.

2. Et ita etiam Episcopi dicta vota commutare possunt, vt ita idem Sanchez disputat. 10. num. 3. qui citat Ledesma in sum. tom. 2. tract. 10. cap. 8. quidquid in contrarium asserat Lessius lib. 1. cap. 40. dub. 18. num. 131. Filiucius tom. 2. tract. 6. cap. 9. n. 69. Suarez de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 22. num. 11. Valencia in 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 7. Azorius part. 1. lib. 11. cap. 19. q. 13. & alij.

RESOL. XCI.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare iuramenta pœnalia, vel conditionalia Castitatis, seu Religionis? Ex p. tr. 11. Ref. 69.

Sup. hoc sup. lege doctr. Ref. 83. & aliarum eius primæ ann.

§. 1. **R**espondet affirmatiue cum Sanchez in sum. tom. 1. cap. 54. lib. 4. num. 21. Et ratio est: quia qui potest commutare vota facta soli Deo; potest etiam commutare iuramenta: sed Confessarius potest vota pœnalia, & conditionalia Castitatis, & Religionis commutare: ergo poterit, & iuramenta. Maiorem propositionem docuit Aragon. in 2. 2. quest. 86. art. 9. Henriquez lib. 7. cap. 30. num. 5. Azorius tom. 1. lib. 11. cap. 10. Sæ verb. iuramentum, num. 32. & verb. votum, vbi de irritatione, num. 16. cum alijs. Mihor propositio patet ex infra dicendis in Resol. seqq. Ergo, &c.

RESOL. XCII.

An iuramentum ingrediendi Religionem, vel obseruandi castitatem, si per Episcopum, vel per Bullam Cruciatæ dispensabile?

Et notatur quod quando Pontifex in aliquo Iubileo, vel Indulto concedit facultatem relaxandi, seu commutandi omnia iuramenta, possunt sine scrupulo à Confessarijs illa quinque relaxari, quia in iure nullum iuramentum reperitur reseruatum, & non sequitur, quod illa quinque vota sint Pontifici reseruata, ergo etiam iuramenta de illa materia, nam obligatio voti maior est iuramenti obligatione. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 69.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Ref. 79. & hic inf. in tr. 4. Ref. 18.

§. 1. **P**rima sententia affirmat; ita tenet Tabiena ver. iurare, quest. 20. num. 27. ad finem, & insinuat Nauarrus lib. 2. consil. de iureiuran. in priori edit. consil. 3. num. 4. & 5. & in posteriori edit. consil. 1. num. 4.

2. Secunda sententia negat, ita Caietanus in 2. 2. q. 89. art. 9. Sotus de iust. lib. 3. q. 1. art. 9. Valent. tom. 3. disp. 6. q. 7. punct. 4. Azorius tom. 1. lib. 11. cap. 10. quest. 3. Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 3. cap. 11. num. 4. Arag.

in 2. 2. q. 88. art. 12. Basilius Pontius de matr. lib. 8. c. 11. n. 3. & alij.

3. Tertia distinguit, putat enim hanc secundam sententiam esse veram, quando iuramentum continet promissionem factam Deo; secus autem quando non includit promissionem, sed meram assertionem & affirmationem, ita Sanchez de matr. tom. 3. lib. 8. disp. 11. n. 4. Verùm aduersus hanc distinctionem Sancij insurgit nouissimè Egidius Trullench in expos. Bullæ Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 1. n. 5.

4. Vnde quid ego sentio dicam breuiter. Puto igitur cum Doctoribus secundæ sententiæ, omne iuramentum Deo factum includere votum, iuramentum namque, quo aliquid Deo promittitur, nihil aliud est, quàm votum iurcurando firmatum; ergo si votum est Papæ reseruatum, similiter erit iuramentum, cæteras rationes videbis apud citatos Auctores, non nego tamen primam sententiam esse probabilem, quam præter DD. vbi supra tenet etiam Petrus Ledesma in sum. tom. 2. tract. 11. cap. 4. dub. 1. quia in iure nullum reperitur iuramentum Pontifici reseruatum, & non sequitur, illa quinque vota sunt Pontifici reseruata: ergo etiam iuramenta de illa materia. Nam obligatio voti maior est iuramenti obligatione, vt docet D. Thom. 2. 2. quest. 89. art. 8. & ex alia parte cum reseruatio sit odiosa, restringenda est, & non amplianda. Deinde cum Pontifices per aliquod indultum concedunt facultatem relaxandi, seu commutandi omnia iuramenta, sine partis tamen præiudicio non solent excipere aliqua iuramenta sicut excipiunt aliqua vota; ergo signum est non esse vsu receptum, aliqua iuramenta, etiam illa quinque, esse Pontifici reseruata, & ideo quando Pontifex in aliquo indulto concedit facultatem relaxandi iuramenta, possunt sine scrupulo à Confessarijs illa quinque relaxari; est igitur, vt dixi, hæc sententia satis probabilis; quicquid in contrarium asserat Turrianus in disp. selectis, cent. 2. censur. Theol. dub. 92. & ideo Egidius Trullench vbi supra, num. 4. contrariam sententiam, quam ego teneo, vocat tantum probabiliorē & probabilem etiam vocat hanc sententiam Leone de potest. confess. p. 1. recollect. 20. n. 81.

RESOL. XCIII.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum Castitatis, seu Religionis emissum cum expressa protestatione, ne ad illorum executionem veniri sit obligatus sub onere peccati mortalis, sed venialis tantum. Idem est dicendum de Episcopo quoad dispensationem. Ex p. tr. 11. Ref. 72.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue cum Bonacina de leg. disp. 4. q. 2. punct. 7. §. 4. n. 20. quia tale votum non est votum perfectum castitatis, & Religionis. Ergo per Bullam erit commutabile.

Et ita Episcopus potest illud dispensare, vt tradit Sanchez in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 40. numero 47. & alij.

RESOL. XCIV.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, seu Religionis emissum propter leuemetatem?

Et an dictum votum sit ab Episcopo dispensabile? Imo, an tale votum sit irritum? Et quid, si tale votum fuerit emissum ex aliquo magno metu? Ex p. tr. 11. Ref. 73.

quæst. 8. Sayrus in claus. lib. 6. cap. 11. num. 63. quid-
quid in contrarium asserat Nauarrus comm. 4. de regul.
num. 10.

RESOL. XCVII

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare
votum Religionis, vt in causa non adimpleatur
tempore præscripto?
Et an etiam in tali casu possit Episcopus dispensare? Ex
part. 1. tract. 11. Resol. 80.

§ 1. Negatiuè videtur respondendum ex auctori-
tate P. Suarez de Relig. tom. 1. lib. 6. cap. 26.
num. 11. & 12. qui docet Episcopum non posse in tali
casu dispensare, nisi ea causa superueniente non esset
aditus ad Summum Pontificem. Et rationem addu-
cit: quia talis circumstantia multum attingit substan-
tiam; differt enim totam voti obseruationem pro
aliquo tempore.

Sup. hoc in
to. 2. tr. 4.
Ref. 33. cur
sim in fin.
sed lege eam
per totam.

2. Sed contraria sententia non est minis probabi-
lis, quam docet Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 9.
n. 19. & in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 40. num. 76. & post
illum noster Molfesius in sum. tom. 1. tract. 11. cap. 15.
n. 147. & Malderus in 2. tract. 10. cap. 5. dub. 10. n. 9.
vbi asserunt, posse Episcopum ordinaria potestate dis-
pensare in hac voti dilacione; dummodo votum non
adeò differatur, vt sit periculum in eum statum inci-
dendi, vt ita vouens reddatur impotens ad votum im-
plendum. Et ratio est: quia hoc non est dispensare in
substantia voti, sed in eius qualitate.

3. Et ita docet de Confessario, virtute Bullæ Cru-
ciatæ, idem Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 8. di-
stinct. 15. num. 4. quoad dicti voti commutationem. Et
hanc sententiam puto probabilem, & tyram in
praxi.

RESOL. XCVIII

An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum
Religionis Melitensis?
Idem dicendum est de Episcopo.
Et an professionem huius Religionis dirimatur matri-
monium ratum?
Et discuntur, an dicti milites sint proprie, vel largo
modo Religiosi? Ex part. 1. tract. 11. Ref. 77.

§ 1. Aliquis possit affirmatiuè respondere ex do-
ctrina Iacobi de Graffis tom. 1. lib. 3. conf. 11.
num. 14. de regul. Gonzalez in reg. 8. Cancel. Goffa 8.
num. 57. & 65. Mandosij etiam in regul. 3. Cancell. 9. 11.
n. 3. Sarmiento de reddit. Eccles. lib. 4. q. 1. n. 13. Cabe-
do de Patron. Regia Corona. cap. 15. n. 16. & 18. Tallada
de visit. c. a. c. 1. §. 4. n. 13. & fauet Syluester verb. reli-
gio 1. q. 1. versterlum Hospitalarij. Panormit. in rubr. de
regul. n. 4. & Soti de inst. lib. 7. quæst. 5. art. 3. qui omnes
asserunt, supradictos Milites non esse proprie, sed largo
modo Religiosos. Ergo per Bullam votum talis Reli-
gionis erit commutabile.

Sup. hoc in
tom. 8. tr. 1.
Ref. 11. §.
Hinc Ioann.
in fin. & seq.

2. Sed hæc sententia profus non est tenenda, vt
docet Fernandez in exan. Theol. mor. p. 3. c. 9. sect. 1. §.
17. n. 6. & Acolta in Bull. q. 73. quia dicti Milites sunt
verè Religiosi; & ita docent communiter Doctores,
quos refert, & sequitur Zanardus in direct. Theol. p. 2.
præcep. 4. cap. 32. Bobadilla in polit. tom. 1. lib. 1. c. 19. num.
11. Henriquez lib. 11. cap. 8. num. 6. Corduba in sum. tom.
9. 178. in fin. Ledesma de matr. q. 61. art. 2. ad. 4. Rodri-
quez in Bull. Cruciatæ §. 9. num. 123. Natta lib. 3. conf.
495. n. 12. Riminald. lib. 5. conf. 527. num. 22. & 23. De-
ciatus

Sup. hoc
quod hic as-
seritur in
Ref. not. præ-
terite à prin-
cip. & in
multis alijs
eius primis
annot.

§ 1. Negatiuè videtur respondendum ex auctori-
tate Suarez de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 4.
qui docet tale votum non esse dispensabile ab Epif-
copo; quia inuoluntarium, & coactum est per acci-
dens, & secundum quid; quod si sufficeret, vt cessa-
ret referuatio, cessaret etiam in votis emissis in peri-
culo mortis, & naufragij: hoc verò dicere est absur-
dum: ergo, &c.
2. Sed ego puto, contrariam sententiam esse proba-
biliorẽ, quam docet Lessius lib. 2. c. 40. dub. 18. n. 127.
qui citat Angelum, Glossam, Nauarrum, & Fumum.
Et ratio est: quia referuatio huius voti est intelligenda
de libero, ne ita referuatur coactum, sicut Ipon-
tanicum.

3. Reginaldus verò in praxi, tom. 2. lib. 18. cap. 22.
num. 316. loquitur in terminis, quod tale votum fuerit
emissum ex aliquo magno metu: sed Lessius loquitur
in casu metus non omnino grauis: & magis ample
Loane trad. de lib. p. 1. q. 10. sect. 1. n. 97. in fin. & Bo-
naccina de legib. disp. 4. q. 2. punct. 7. §. 4. n. 17. hanc do-
ctrinam esse veram admittunt, etiam quando votum
emissum, seu Religionis, per metum, quamuis leuicm,
fuerit emissum, itaque in tali casu dicendum est, posse
Confessarium supradictum votum commutare: quia
emissum cum tali metu non est referuatum. Imò proba-
bilem puto cum Nauarro illam sententiam, quæ asserit,
votum emissum ex leui metu esse irritum. Et ita San-
chez in sum. tom. 1. lib. 4. num. 4. contrariam, quam ipse
tenet, vocat tantum probabiliorẽ, & cap. 40. num. 31.
in fin. sententiam Nauarri probabiliorẽ vocat.

RESOL. XCV

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare
votum vouendi Castitatem, seu Religionem?
Ex quo inferatur, quod ita vouens, si fornicatur ante emis-
sionem Castitatem, non derelinquet contra votum. Ex
part. 1. tract. 11. Ref. 76.

§ 1. Respondeo affirmatiuè eum Molfesio in sum.
tom. 1. tract. 1. cap. 15. num. 148. & Suarez de
relig. tom. 2. lib. 6. cap. 2. num. 7. Et ratio est: quia velle
facere non est facere: & ideo velle vouere castitatem,
non est castitatem vouere: vnde optimè notat Sanch.
in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 40. num. 70. quod si ita vouens
fornicatur ante promissam castitatem, non delin-
quet contra votum.

RESOL. XCVI

An votum ingrediendi Religionem arctiorem possit Con-
fessarius virtute Bullæ Cruciatæ commutare in laxiorem
Religionem?
Et an supradictum votum possit Episcopus dispensare? Ex
part. 1. tract. 11. Resol. 55.

§ 1. Respondeo affirmatiuè, quia Confessarius in
absolutè, sed quandam Religionis qualitatẽ. Et ita
docet, contra Lopez, Pater Sanchez de matrim. tom. 1.
lib. 8. disp. 15. n. 5. etrogata tamen aliqua elemosyna in
belli subsidium, quæ suppleat eum Religionis strictio-
nis excessum; additis etiam cum hac elemosyna alijs
operibus pijs.

2. Et ideo supradictum votum potest etiam Epi-
scopus dispensare, vt docet Reginaldus tom. 2. lib. 18.
cap. 23. num. 331. & 335. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 18.
num. 124. & Malderus in 2. tract. 10. cap. 5. dub. 19.
Henriquez lib. 7. cap. 22. num. 7. Azorius part. 1. cap. 18.